



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

VIII. Graf Dieterich von Werben bestätigt dem Kloster Leitzkau den Besitz
Crüffow und Gottow, um das 1173.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

promota est et aucta edificiis et religione et personis. Sollicitudinis itaque nostrae, qui primi et summi ejusdem ecclesiae sumus fundatores et advocati, commisimus etc. Actum 1155.

Buchholz I, 421. No. 20. Beckm. Anh. Gesch. I, 504.

Ann. Die nur in diesem Fragmente noch bekannt gebliebene Urkunde, bezeichnet die Markgräfin Sophia in einer Weise, welche annehmen läßt, daß dieselbe bereits verstorben war. Ihr Tod erfolgte aber erst im Jahre 1160. (Chr. Saxo. Chr. Stederb. bei Meibom I, 454) und dürfte daher auch die vorstehende Urkunde in eine spätere Zeit gehören.

VIII. Graf Dieterich von Werben bestätigt dem Kloster Leitzkau den Besitz von Grüssow und Gottow, um das Jahr 1173.

Ego Theodoricus, divina annuente clementia Comes, notifico tam futuris quam presentibus, quia Toorneburch, cum omnibus bonis illuc pertinentibus, secundum divisionem Patris mei piae memoriae Marchionis Adalberti proprio jure mihi provenit, inter quae bona villa una Crusslowe, nec non et Gottowe, cum silvis et pratis et stagnis illuc pertinentibus olim connumerabantur, sed largitione Patris mei, mecum meis fratribus consentiente, in usus fratrum, in monte S. Mariae Liezeche Deo servientium, cesserunt. Et quia haec patris mei largitio meo et fratrum meorum consensu, coram Romanorum Principe Friderico in plena curia Magdeburg confirmata est, idcirco ego verbo et scripto hanc corroborans, me vel aliquem heredum meorum in praedictis bonis nihil juris habere profiteor, quia cum essem in annis legitimis Patri meo in hac re libens assensum praebui. Hujus rei testes sunt Wichmannus, Magdeb. Archiep., Wilmarus, Brand. Episc., Walo, Havelb. Episc., Otto, March. Brand., Hermannus, Comes de Orlamunda, Bernardus, Comes de Alcherleven, cum reliquis fratribus meis, Henrico et Sifrido, Bernardus de Valckenstein, Walterus de Arnstein, Badericus Castellanus de Brandenb., Evererus, Richardus, Macharius, Henricus, et Rudolphus de Jericho.

Buchholz IV, 24. No. 18.

IX. Bischof Wilmar von Brandenburg bestätigt dem Kloster Leitzkau dessen Besitzungen und die Schenkungen seiner Vorgänger, im Jahre 1173.

In nomine sancte et individve Trinitatis, Ego Wilmarus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus. Ad hoc pastoralis nobis officii curam commissam credimus, ut religiosarum in episcopatu nostro personarum in quantum possumus utilitatibus consulamus earumque possessiones quas jam iuste possident aut in futurum possessuri sunt, nostra autoritate confirmando conferuimus. Quaecunque igitur bona predecessor noster venerabilis memoriae Wigerus Brandenburgensis episcopus fratribus in monte beate Marie in Lietzecha Deo servientibus obtentu divine remunerationis contradidit, Nos nihilominus enumerando ac testificando corroborare dignum duximus, ecclesiam videlicet B. Petri in Liezecha cum censu utriusque ville nove scilicet et veteris omnem quoque decimationem earundem villarum tam de bonis Domini Gerberti, quam ceterorum ibidem manentium, quam etiam usque ad nostra tempora iidem fratres legitima possessione tenuerunt, fundum